

AD REGVLAS  
IVRIS CANONICI  
COMMENTARIA  
D. PETRI PECKII IC. ET  
ORDINARII IVRIS  
PROFESSORIS.

Eiusdem de Sacrosanctis & Catholicis CHRISTI  
Ecclesiis reparandis, Liber vnus.



D V A C I,  
Ex officina Ioannis Bogardi, Typographi Iurati.  
ANNO M. D. LXXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIAE MAIEST.

Coll. Soc. Iesv Salm. ex dono Regum.



# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO D. FERDINANDO ALVAREZ  
de Toledo, Duci Albano, Marchioni de Coria, Comiti  
de Saluatierra, &c. Regiæ Catholicæ Maieſtatis in hac in-  
feriore Germania Locumtenenti & Capitaneo generali,  
ſuo domino gratioſiſſimo

PETRVS PECKIVS I. C. S. P. D.



ILLVSTRISſIME PRINCEPS,  
Beatus Cyprianus epistoſa tertia lib. 1. non  
aliunde hæreſes obortas, & ſchiſmata nata  
eſſe ſcribit, quam inde quod ſacerdoti Dei  
non obtemperatur, nec vnus in eccleſia  
ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex  
vice Chriſti, cogitatur. Quod cum com-  
munis pietatis ſalutis & religionis noſtræ  
aduerſarius & hoſtis animaduerteteret, &  
per omnes paſſim regiones, eccleſias ca-  
tholicas ad inſtar luminarium clarè atque  
ſplendidè per eam quæ eſt in Seruatorem  
& Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum fidem, relucentes, admodum flo-  
rere atque vigere, & Romano Pontifici alijsq; ſacerdotibus debitum ho-  
norem impendi conſpiceret, omnes artes iamdudum expertus, & ad omne  
genus fallaciarum inſigniter edoctus latebroſa quadam fallacia in hac vna  
re omnes ſuos neruos intendit, hoc ſtudioſe & ſubdole ſemper egit, vt ec-  
cleſiaſticorum præſectorum & ſacerdotum contemptum cordibus homi-  
num imprimeret, & vt ab obedientia ſanctæ ſedis Apoſtolicæ eos auerte-  
ret. Ideoque ſeductores, impoſtores, infernali igne ſuccenſos, Chriſtianum  
nomen ſibi uſurpantes, vere tamen perditos, iniquitatis operarios, atq; ex-  
tra eccleſiam conſtitutos, excitauit, qui non ſolum vitâ Sacerdotum, Pon-  
tificum & Prælatorum incomparabili blaſphemia, maledicentia, calumnia,  
& immenſis mendaciorum cumulis plebi odioſam atque contemptibilem  
redderent; verumetiam qui ore impio & ſacrilego animo conſtitutiones  
Pontificias, ſanctiſſimorum epiſcoporum decreta, patrum concilia, & vni-  
uerſum ius canonicum, riderent, ludibrio haberent, exploderent, publicè  
A 2 flammiſ



# REGVLA I.

Beneficium Ecclesiasticum non potest licitè sine institutione canonica obtineri.

<i>Beneficium pro quo accipiatur.</i>	Num. 1.
<i>Beneficium Ecclesiasticum quid sit.</i>	Num. 2.
<i>Clerici quare ex beneficijs alantur.</i>	Num. 3.
<i>Clerici non luxuriari de beneficijs, sed honestè viuere debent.</i>	Num. 4.
<i>Diuisio beneficiorum Ecclesiasticorum prima.</i>	Num. 5.
<i>Beneficiorum vsus quando incipit.</i>	Num. 6.
<i>Beneficiorum secunda diuisio.</i>	Num. 7.
<i>Beneficiorum tertia diuisio.</i>	Num. 8.
<i>Substitutus non admittitur vbi est electa industria personæ.</i>	Num. 9.
<i>Beneficiorum quarta diuisio.</i>	Num. 10.
<i>Clericorum capita quare radantur.</i>	Num. 11.
<i>Varij modis perueniendi ad beneficia.</i>	Num. 12.
<i>Electio quid sit.</i>	Num. 13.
<i>Confirmatio quid sit.</i>	Num. 14.
<i>Postulatio quid sit.</i>	Num. 15.
<i>Differentia inter electionem &amp; postulationem.</i>	Num. 16.
<i>Promissio quid sit.</i>	Num. 17.
<i>Nominatio quid sit.</i>	Num. 18.
<i>Prælati Ecclesiæ &amp; Pontifice quàm variè electi fuerint.</i>	Num. 19.
<i>Studiosis cur priuilegium nominationis concessum sit.</i>	Num. 20.
<i>Collatio beneficii quid sit.</i>	Num. 21.
<i>Præsentatio quid sit.</i>	Num. 22.
<i>Admissio quid sit.</i>	Num. 23.
<i>Institutio quid sit.</i>	Num. 24.
<i>Missio in possessionem beneficii per quem fiat.</i>	Num. 25.
<i>Canonica institutio quid sit.</i>	Num. 26.
<i>Læicus an episcopus creari possit.</i>	Num. 27.
<i>Beneficium quo pacto licitè dicitur obtineri.</i>	Num. 28.
<i>Ampliationes ad hanc regulam.</i>	Num. 29.
<i>Ratio dubitandi.</i>	Num. 30.
<i>Ratio deridendi.</i>	Num. 31.

**I**N celebri hoc tractatu regularū iuris, nō abs re initium fecit Pontifex à beneficijs, quod eorum materia, non solum prima notissimaque iuris canonici est portio: verum etiam quia tam arde & confusane tractata est, vt si in qua alia, certè in hac ipsa, regula & præceptione aliqua fuerit opus, ad quam in tanta rerum vastitate recurrere liceret.

<sup>1</sup> Beneficium Ecclesiasticum. Sunt qui reiecto beneficii verbo veluti obsoleto & parum latino, sacerdotium dicere malunt, quod apud veteres Romanos id quod sacerdotibus tribuebatur, sacerdotium dictum sit. <sup>2</sup> Sed

B

quoniam

a Ioan. Corasius de sacerdot. cap. 1. in fin. l. itaq. cessant causa parte 1. num. 40.

DE  
SACROSANCTIS  
ET CATHOLICIS  
CHRISTI ECCLESIIIS  
REPARANDIS AC REFI-  
CIENDIS, LIBER VNVS.

Authore D. Petro Peckio, I. C. Et Ordinario  
Iuris Professore.



LOVANI,

Ex officina Ioannis Bogardi, Typographi Iurati, sub Bibliis  
Aureis. Anno M. D. LXXIII.

*Cum gratia & Privilegio. Subfig. De la Torre*



DE  
**SACROSANCTIS  
 ET CATHOLICIS  
 CHRISTI ECCLESIIIS**  
 REPARANDIS AC RE-  
 FICIENDIS.

P R A E F A T I O.

S V M M A R I V M.

*Deploratio huius temporis.*

num. 1

*Sacra qua veneratione sint tractanda.*

num. 2

*Heretici corrumpunt textum iuris civilis.*

num. 3

*Crucis veneratio quanta sit.*

num. 4

*Religio contempta quo pacto seipsam vltia sit apud Gentiles.*

num. 5

*Supplicia sacrilegorum quam varia fuerint a Deo influcta.*

num. 6

*Ratio scribendi qua hic fuit.*

num. 7



**S**ANCTVS & Regius ille Propheta Dauid deplorando olim incendium templi, & vastationem vrbs sanctæ, & calamitates populi, Psal. 78. his verbis vsus est: Deus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in acervos lapidum. Posuerunt cadavera seruatorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum bestiis terræ. Effuderunt sanguinem eorum tanquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Et rursum psalm. 73. Rugierunt qui oderunt te in medio Synagogarum tuarum. Posuerunt signa sua, signa. Quali in sylua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in ipsum, in securi & ascia deiecerunt eam. Incenderunt igni sanctuarium tuum, in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo, quiescere faciamus omnes dies festos à terra. Signa nostra non vidimus, iam non est Propheta, & nos non cognoscer amplius. Eadem sanè verba & quilibet Catholicus in sancta catholica Christi ecclesia natus, baptizatus & institutus, meritò calamitosis istis temporibus proferre potest. Vidimus enim superioribus annis, imò hac præterita æstate, & adhuc (proch dolor) videmus, & videre cogimur, hostem crucis Domini debacchantem, ornamenta templi sanctissimi disturbantem, quemadmodum lignator arbores cædit in sylua. Incendit igni, quod non poterat excidi

B

ferro